

## Cum Critice Pagii.

3

CHRISTI  
412.

INNOCENTII PAP.  
II.

HONOR. 18. IMP.  
THEOD. 5.

ante alia occasione fecimus mentionem: Circumcelliones illos & clericos partis Donati, quos de Hippouensi Ecclesia ad judicium pro factis eorum publica disciplina cura deduxerat, a tua nobilitate compri auditor, & plurimos eorum de homicidio quod in Restitutum Catholicum presbyterum commiserunt, & de cade Innocentii alterius Catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, & de dígito præciso fuisse confessos. Unde mihi sollicitudo maximam incussa est, ne forte sublimetas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualiter fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obteſtor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsum Dominum Christi misericordiam, ut hoc nec facias, nec fieri omnino permittas, &c. Pluribus enim argumentis id ab eo extorquere conatus est. Sed & commendat ejusdem in questionibus exhibitam manuetudinem, ubi ait: Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem, non extende equaleo, non salientibus ungulis, non urentibus flammis, sed virginarum verberibus eripi: qui modus exertionis ita magistris artum liberalium & ab ipsis parentibus, & sepe etiam in judiciis foliis ab Episcopis adhiberi. At que demum ad persuadendum hujusmodi uitius argumento: Proferre (inquit) pro Ecclesia utilitate missus es: hoc Ecclesia Catholica, aut (ut modum dispensationis meae non supergredi videar) hoc Ecclesia ad Hippouensem regionum diœcesem pertinentem prodeſſe, hoc expedire contemper. Si non audis amicum pertenentem, audi Episcopum consulente: quomodo quoniam Christiano loquor, maxime in tali causa non arroganter dixerim, audire te Episcopum convenienter. Hæc cum audis, lector, in mentem revoca quæ dicta sunt anno superiori de Synesio Episcopo & Andronico Lybia Pentapolis Præfeto; nimirus verbis & exemplis declaratum in eadem causa, isdemque personis demonstratum, Episcoporum esse, Præfectorum quæ pia, quæ sancta & Christiana sunt legi contentanea, imperare. Præfectorum erant ambo, jusque habentes gladii, Andronicus & Marcellinus: ann. Eccl. Tom. VII.

Episcopi  
imperant  
Præfectorum

bo Episcopi, Synesius & Augustinus: eadem causa de fontium questionibus atque supplicis, in qua in utroque ipsorum jūs Episcoporum in precipiendo Præfectoris ostenditur: verum & in puniendis etiam eisdem & anathemate percellendis, in Synesio vidimus declaratum.

Sed & illud a Marcellino S. Augustinus exigit, ut confecta Acta publica de Donatistarum confessis criminibus & criminosis convictis publice exponerentur, ad ipsorum omnium Donatistarum ignoriam, ut sic manifestatione ipsorum scelerum erubescerent: nam aliis litteris hoc eodem anno in eadem causa datis (a) hæc habet: Gestæ quæ promisit præstantia tua, vehementer expecto, & in Ecclesia Hippouensi jam jam cupio recitari, ac si fieri potest, per omnes ecclesias etiam in nostra diœcesi constitutas: ut audiant homines, pleneque cognoscant confessores iniurias, non Dei timore extorquentे pœnitentiam, sed judicaria diligentia, crudelissimorum peccatorum aperiens duritiam, sive illorum qui de homicidio, & de excacato ac debilitato presbyteri corpore confessi. Et paulo post de publicatione eorumdem Actorum in loco judicii facienda subdit: Quod autem scripti existentes tua dubitare te, utrum in Theopropèt debetas eadem Gestæ jubere, proponi: Non, si pœna illuc frequens confusero multitudine: alioquin alius locus celebrior providendus est, non tamen ullo modo prætermittendus.

Quibus ipsis litteris idem S. Augustinus, quomodo pergerent idem efferati Donatistæ sevire, narrat, his verbis: Macrobius Episcopus eorum stipatus cunis perditorum utriusque sexus bac atque illac circumit aperuitque sibi basiliicas, quas postessorum quantulacumque timor clauſerat: Et paulo post: Cum ipso etiam est illa Donatus diaconus rebaptizatus, qui cum fuerit colonus Ecclesia, versatus est in illa cœd præcipiis. Quis tales non cum eo sunt, quando & ille cum ipso est? &c. At tantum absit ut novis his Donatistarum facinoribus S. Augustinus a rogado pro eis qui vinti detinebantur in carcere feriendi, retrahatur.

A 2. here-

FAGIUS

gem mox memoratam emisisset. Donatistæ insurge re vehementius in Catholicos, & ferocius favere coepérunt. Auditio vero homicidio in Restitutum Presbyterum commisso, & cœde Innocentii Presbyteri ab eis patrata, Augustinus enixa rogavit Marcellinum, ne iis mortis pena infligeretur. Epistola etiam CXXXIX. alias CLVIII. ad Marcellinum post superiori data est occasione scelerum a Donatistis admisorum, ut scite Baronius habet. Verum Epistola Augustini C. ad Donatum Proconsulem, alias CXXVII. cuius meminit Baronius num. VI. data exēunte

anno CCCCVIII. vel in sequentis initio. Nam Honorius anno illo VIII. Kalend. Decemb. dedit legem 44. Cod. Theod. de hereticis, quam inscripsit Donato, qui, ut ex leg. 19. ejusdem Cod. de panis eodem anno data confat, Proconsul erat Africa. Agit enim Augustinus in ea Epitola apud Donatum Proconsulem, ut citato per ipsius Edictum neverint hereticis Donatistis, manere leges contra errorum suum lazi, quas jam nihil male arbitrantur & iactant; laudata vero lex de hereticis Donatistis supplicio affigi jubet. Quare docte Gothofredus in illius legi

V.  
Acta des  
sceleribus  
Donati-  
tarum  
publican-  
da.

(a) Aug.  
P.R. 158.

VI.  
Macro-  
bius Epi-  
scopus  
Donati-  
ta Dux  
Circum-  
cellionum.

63